

xamen omnium est Mariaba. sinum obtinet xciiij. M. pass. refertur in sulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo iunguntur Minæi, mare accolunt & Elamitæ. Oppidum eiusdem nominis. Iis iuncti Cagulata. Oppidum Siby quod Græci Apaten vocant: Arficodani, Vadei cum oppido magno, Barasei, Licheni, Sygaros insula, quam canes non intrant, expositiq; circa littora errando moriuntur. Sinus intimus in quo Leanitæ qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, & in sinu Læana, vel, ut alij, Aelana. Nam & ipsum sinum nostri Aelaniticum scripsere, alij Elenaticum, Artemidorus Aleniticum, Iuba Leniticum. Circuitus Arabiæ à Charace Læana colligere p̄ditur quadragies octies centena lxx. M. Iuba paulominus xl. M. putat. Latissima est à septentrione inter oppida Heroū & Characem. Nunc & reliqua mediterranea eius dicantur. Nabatei Thimaneos iunxerunt veteres, nunc sunt Tauei, Suelleni, Sarraceni. Arra oppidum in quo omnis negociatio conuenit, Hemuata, Analitæ: oppida, Domada, Egra. Thamudei, oppidum Badanatha. Carrei, oppidum Chariati: Achoali, oppidum Phoda: ac Minæi, à rege Crete Minoe (ut existimant) originem trahentes, quorum Charmei, oppidū xiiij. M. passuum Mariaba, Baramalacum, & ipsum non spernendum: item Carnon: Rhammei, & horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritæ, Massula oppido. Hamirei, Gedranitæ, Ampræ, Ilisanitæ, Bacchilitæ, Sammei, Amatheï cum oppidis Nessa & Cenneseri. Zamareni cum oppidis Saiace, Scantate, Bacasca mi. Riphearma oppidum, quo vocabulo hordeum appellant. Autei, & Rani, Gyrei & Mathatæi. Helmodenes cum oppido Ebode. Agatturi in montibus, oppido xx. M. pass. in quo fons Emischabales, quod significat camelorum. oppidum Ampelone, colonia Milesiorum. Atrida oppidum: Calingij, quorum Mariaba oppidum significat dominos omnium. Oppida, Pallon, Muranimal iuxta flumen, per quod Euphratem emergere putant. Gentes Agrei, Hammonij. Oppidum, Athenæ. Caurarani, quod significat ditissimos armento, Coranite, Casani, Choani. Fuerunt & Græca oppida, Arethusa, Larissa, Chalcis, deleta varijs bellis. Romana arma solus in eam terram adhuc intulit Aelius Gallus ex equestri ordine. Nam C. Cæsar Augusti filius prospexit tantum Arabiam. Gallus oppida diruit non nominata ab autoribus qui ante scripserunt, Egran, Anestum, Escam, Magusum, Tammacum, Labeciam, & supradictam Mariabam, circuitu vi. M. pass. Itē Caripeta, quo longissime processit. Cætera explorata retulit, Nomades lacte & ferina carne vesci. Reliquos vinum ut Indos palmis exprimere, oleum sesamæ. Numerosissimos esse Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis arbustisq; in pecore diuitias. Cembanos & Arios armis præstare, maxime Chatramotitas. Careis latissimos & fertilissimos agros. Sabæos ditissimos sylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorū riguis, mellis ceræq; pro-

uentu. De odoribus suo dicemus volumine. Arabes, mirati degunt, aut intonso crine: barba abraditur, præterquam in superiore labro. Alij & hæc intonsa: mirumq; dictu, ex innumeris populis pars æqua t̄ comercijs aut latrocinijs degit: t̄ vniuersum gētes ditissima, ut apud quas maxie opes Romanorū Parthorūq; subsidat, videntibus quæ è mari aut syluis capiāt, nihil in uicē redimētibus. Nūc reliquā orā Arabiæ cōtrariā persequemur. Timosthenes totū sinū quatruidi navigatione in longitudinē taxauit, bidui in latitudinē, angustias iij. M. d. pass. Eratosthenes ab ostio xiiij. M. in quancq; partē. Artemidorus Arabiæ latere xiiij. l. M.

Sinus maris rubri, Troglodytici & Aethiopicæ.

CAP. XXIX.

Troglodytico vero xi. lxxxij. M. passuum, Ptolemaida vsq; Agrippa xiiij. xxij. M. pass. sine differentia laterū. Pleriq; latitudinē ccclxij. prodiderūt, faucesq; hyberno oriēti obuersas, alij iij. M. alij vii. M. alij xij. M. pass. patere. Situs autē ita se hēt. A sinu Aelanitico alter sinus quē Arabes Aeant vocant, in quo Heroum oppidum est. Fuit & Cambysus inter Nelos & Marchadas, deductis eo agris exercitus. Gens Tyra. Daneon portus, ex quo nauigabilem alueum perducere in Nilū, qua parte ad Delta dictū decurrit lxij. M. pass. intervallo (quod inter flumen & rubrū mare interest) primus omnium Sesostris Aegypti rex cogitauit: mox Darius Persarū. deinde Ptolemæus sequēs: qui & duxit fossam latitudine pedum c. altitudine xxx. in longitudinē xxxvij. M. d. pass. vsq; ad fontes amaros. ultra deterruit inūdationis metus, excelsiore tribus cubitis rubro mari comperto, quam terra Aegypti. Aliqui non eā asserunt causam, sed ne immisso mari corrūperetur aqua Nili, quæ sola potus præbet. Nihilominus iter totum terendo frequētatur à mari Aegyptio, quod est triplex: Vnū à Pelusio per harenas, in quo nisi calami defixi regant, via non reperitur, subinde aura vestigia operiente. Alterum vero ij. M. passuum ultra Casium montem, quod à lx. M. passuum redit in Pelusiacā viam. Accolunt Arabes Autei. Tertium à Gerro (quod Adipson vocant) per eodem Arabes lx. M. pass. propius, sed asperū montibus & inops aquarum. Eæ via omnes Arsinoen ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra, à Ptolemæo Philadelpho: qui primus Troglodyticē excusit, amnem qui Arsinoen præfluit, Ptolemæū appellauit. Mox oppidum paruum est. Aennū, pro quo alij Philoteram scribunt. Deinde sunt Azarei, ex Troglodytarum connubijs Arabes feri: Insulæ, Sapirene, Scytala, mox deserta ad Myos hormon, vbi fons Tados, mons Eos, insula Lambe, portus multi, Berenice oppidū matris Philadelphi nomine, ad quod iter à Copto diximus. Arabes Autei & Gnebadei. Troglodytice, quam prisca Michoen, alij Midoen dixere. mons Pentedaetylos. insulæ Stenæ diræ aliquot, Halonnesi non pauciores: Cardamine, Topazos, quæ gemmæ nomen dedit. Sinus insulis refertus: ex ijs quæ Mareu vocantur,